Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



nis M.CC.XXX. mense Septembr. quarte Indictionis
-- in castris prope Anagniam.

Apud Meichelbeckium Hist. Fris. t. II, p. 1, in Conrado I.

NB. F. v. superius.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper
Augustus, Jerusalem et Siciliæ Rex per præsens scriptum
notum facimus universis, quod constituti in præsentia
stra Chunradus venerabilis Frisingensis Episcopus
dilectus Princeps noster, et Albertus Comes Tyrolis fidelis
noster compromiserunt in venerabilem Archiepiscopum
Salzburgensem, et Episcopum Patauiensem dilectos Prin-
cipes nostros, Comitem Meinhardum de Goritia, et Hen-
ricum Aquensem Præpositum Nat. et fidelem nostrum,
stare dicto eorum super dampnis illatis ab eodem Comite,
Episcopo nominato de triennio, ante quam concor-
dia inter eos apud Clausam Sabyonæ ordinata fuisset,
in nostra præsentia, quæ tamen, sicut asserebant, fuit
minime observata, pro quibus tunc emendandis apud
eundem locum dictus Comes sibi posuerat fidejussores
de dampnis, quæ sibi intulit, postquam dicta compo-
sitio fuerat ordinata usque ad diem præsentem, promi-
tentes, eorum arbitrio per omnia obedire. Nominatus
igitur Comes de arbitrio prædictorum, et ordinatione no-
stra promisit dicto Episcopo vel successoribus suis qui pro
tempore fuerit, pro resarciendis dampnis sibi et suis
suis illatis, sicut superius est expressum, persolvere (l. p.
solvere) trecentas Marcas argenti ad pondus Colonie
vel tria milia librarum Veronensis monete, decem libris
pro marca qualibet deputatis, quarta decima die post
festum Beati Martini proxime futurum, tertiadecima
Indictione, et viginti quinque carradas vini apud
Bozanum infra eundem terminum ad mensuram Bo-
zanam. Et si forte prænominatus Comes idem promis-
sum non curaverit adimplere; prefatus Comes Goritie
Ulricus de Bozano, Ulricus de Hesenberch, Henricus Dux
gravius de Luenz, et Engelmarus Tarant fideles no-
stri data fide in manus Archiepiscopi præstiti juraverunt,
ex tunc intrare Brixinam, ab inde nullatenus
antequam prefato Episcopo, tam de presti, quam summa pe-
cunia, quam etiam de vino per Comitem Tyrolensem
satisfactum fuerit, recessuri. Dicta vero solutio pecu-
nie est sub Præpositi et Decani Brixinensis, et Arnoldi
de Rodeneh testimonio facienda, nec probari poterit
ipsa solutio, nisi per testes ipsos, aut certos nuntios eo-
rumdem. Ad cujus facti evidentiam et utriusque